Mt. Lxxii / Mr. xxii / Lu. xxxviii / Jo. clxxvi

sedentem in theloneo matheum nomine. & ait illi; sequere me;
& surgens secutus est eum; Et factum est discumbente eo
in domo ecce multi publicani & peccatores uenientes discum
bebant cum ihū & discipulis eius; & uidentes pharisaei dicebant
discipulis eius; Quare cum publicanis & peccatoribus manducat
magister uester. At ihs audiens ait; Non ē opus ualentibus
medicus. sed male habentibus; Euntes autem discite quid sit
misericordiam uolo & non sacrificium; Non enim ueni uocare
iustos. sed peccatores; Tunc accesserunt ad eum discipuli ioh
dicentes; quare nos & pharisaei ieiunamus frequenter. disci
puli autem tui non ieiunant. & ait illis ihs; Numquid possunt
filii sponsi lugere quamdiu cum illis ē sponsus. uenient autē
dies cum auferetur ab eis sponsus. & tunc ieiunabunt; Nemo
autem inmittit commissuram panni rudis in uestimentum
uetus. tollit enim plenitudinem eius a uestimento. & peior
scissura fit; Neq; mittunt uinum nouum in utres ueteres.
Alioquin rumpuntur utres. & uinum effunditur & utres
peribunt; sed uinum nouum in utres nouos mittunt. & ambo
conseruantur; Haec illo loquente ad eos. ecce princeps
unus accessit & adorabat eum dicens; dne filia mea modo defun
cta est. sed ueni impone manum sup eam & uiuet; & surgens
ihs sequebatur eum. & discipuli eius; Et ecce mulier quae san
guinis fluxum patiebatur duodecim annis. accessit retro
& tetigit fimbriam uestimenti eius; dicebat enim intra se.
si tetigero tantum uestimentū eius. salua ero; At ihs con
uersus. uidens eam dixit; confide filia. fides tua te saluā
fecit; & salua facta est mulier. ex illa hora; Et cum uenisset ihs
in domum principis. & uidisset tibicines & turbā tumultu
antem. dicebat; Recedite. non ē enim mortua puella
sed dormit; & deridebant eum; Et cum eiecta eēt turba.